

Ex libris
Leonis S. Olschki
Bibliopolae Florentini

N. inv.
Scrin.

L 47

# Sacrae Preces
## Pro Electione Abbatissae

Prelatus intonat — Veni Creator Sp(irit)us

℣. Memor esto Congregationis tuae

℟. Quam possedisti ab initio

℣. Domine exaudi orationem meam

℟. Et clamor meus ad te ueniat

℣. D(omi)nus uobiscum

℟. Et cum sp(irit)u tuo

Oremus

Mentes nostras quaesumus Domine lumine tuae claritatis illustra, ut uidere possimus, quae agenda sunt, et quae recta sunt agere ualeamus. Per Christum D(omi)num &c.

In Fine ... rum Moniales accedunt ad praestan(dum) obedientiam &c.

Te Deum laudamus

Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis

A templo tuo, quod est in Hierusalem

℣. Benedicamus Patrem, et Filium cum Sancto Sp(irit)u

℟. Et laudemus, et superexaltemus eum

Biblioteca Nazionale Centrale ... Firenze

℣. Dominus uobiscum

℟. Et cum sp(irit)u tuo

Oremus

Omnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia solus, praetende super famulas tuas, et Congregationem illis comissam sp(iritu)m gratiae salutaris, et ut in ueritate tibi complaceant perpetuum eis rorem tuae benedictionis infunde. Per d(omi)num n(ost)r(u)m &c.

℣. Benedicamus D(omi)no &c.

℟. Deo Gratias




Scriptum sub regimine Matris Sororis Prudentiae de Lucis Abbatissae huius mon(aste)rii S. M. M.

Anno CIↃ.D.C.XXXXVIII

Laus Deo, Deiparaeq(ue) Virgini

# INCIPIT REGULA BEATI AUGUSTINI EPISCOPI

ANTE OMNIA fratres chariſsimi diligatur Deus deinde proximus quia iſta precepta sunt principaliter nobis data. Hec igitur sunt que ut obseruetis precipimus in monasterio conſtituti. Primum propter quod in unum eſtis congregati: ut unanimes habitetis in domo et sit uobis anima una, et cor unum in deo.

¶ Nullus debet habere proprium. Cap. ii.

Nec dicatis aliquid proprium: sed sint uobis omnia comunia: et diſtribuatur unicuique ueſtrum a prepoſito ueſtro uictus et tegumentum. ¶ Qualiter prepoſitus



debet diſtribuere fratribus · Capitulum Tertium

Non equaliter omnibus: quia nõ equalit[er] ualetis omnes sed potius unicuiq[ue] sicut cuiq[ue] opus fuerit. Sic enim legitis in actibus apoſtolorum quia erant illis omnia comunia et diſtribuebatur unicuiq[ue] sicut cuiq[ue] op[us] erat. Quod omnia reducenda sũt i[n] Comunia et

Qui uero aliquid habebat inſeculo quãdo ingreſsi sunt monaſterium libenter uelint illud eſse comune. Quod pauperes nõ querant delitias in monaſterio · Cap · V ·

Qui aũt nõ habebat nõ ea querant i[n] monaſterio que nec foris habere potuer[un]t. Sed tamen eorũ infirmitati qđ opus ẽ tribuatur, etiã si paupertas eorum quando foris erant nec ipsa neceſsaria poterat inuenire.

Quod pauperes nõ superbiant in Religione · Cap · vi

Tamen nõ ideo putent se eſse felices: q[uia] inuenerũt uictũ et tegumentum quale foris inuenire nõ potuerunt. Nec erigat ceruicẽ quia sociatur eis ad quos foris accedere nõ audebat sed sursum cor habeant et terrena uana nõ querat, ne incipiant monaſteria diuitibus eſse utilia, nõ pauperibus: si diuites illic humiliantur et pauperes illic inflantur. Rursus etiã illi qui aliquid eſse uidebantur in ſeculo: nõ habeant faſtidio fratres suos: qui ad illam sanctã societatẽ ex paupertatẽ uenerunt. Magis aũt ſtudeant nõ dẽ parentũ diuitum dignitatẽ: sed dẽ pauperum fratrum societatẽ gloriari. Nec extollantur si comuni uitẽ aliquid dẽ suis facultatibus contulerunt, nec dẽ suis diuitijs magis superbiant, quia eas in monaſterio partiuntur, q[uam] si eis inſeculo fruerentur. Alia quippe quecũq[ue] iniquitas in malis operibus exercetur ut fiant: superbia uero etiã bonis operibus inſidiatur ut pereant. Et quid prodeſt diſpergendo dare pauperibus et pauperem fieri: cum anima miſera superbior efficitur: diuitias contẽnendo, quã fuerat poſsidendo. Omnes ergo unanimiter et concorditer uiuitẽ & honoratẽ in uobis deum inuicem: cuius templa

facti eſtis

**¶ De inſtantia orationis · Capitulū · viij**

O Rationibus inſtate: horis et temporibus conſtitutis. In oratorio nemo aliquid agat niſi ad quod factum eſt unde et nomen accepit: ut ſi forte aliqui etiam preter horas conſtitutas ſi eis uacat orare uoluerint nō eis ſint impedimento qui ibi aliquid agendum putauerint.

**¶ De Pura oratione Capitulum Nonum.**

P ſalmis et hymnis cū oratis Deum · hoc uerſetur in corde: qđ profertur in ore. Et nolite cantare niſi qđ legitis eſſe cātandum. Quod aūt nō ita ſcriptum eſt ut cātetur: nō cantetur

**¶ De Abſtinentia Capitulum Decimū.**

C Arnem ueſtram domate, ieiuniis et abſtinentia eſce et potus quantum ualitudo permittit

**¶ Quod ſeruanda eſt etiam a debili · C xi**

Q uando autem aliquis non poteſt ieiunare: nō tñ extra horā prādii aliquid alimentorum ſumat niſi cū egrotat.

**¶ Quod ī ſilentio audienda eſt lectio menſe: et corde intelligenda Capitulum Duodecimum.**

C Vm acceditis ad menſam donec inde ſurgatis qđ uobis ſecundū Conſuetudinē legitur: ſine tumultu et contentione audite ne ſole uobis fauces ſūmant cibum: ſed et aures eſuriant uerbum Dei

**¶ Quod nō debent ſani conturbari de refectione infirmorum Capitulū · xiij.**

Q Vi infirmi ſunt ex priſtina conſuetudine ſi aliter tractantur in uictu: nō debet aliis moleſtū eſſe: nec iniuſtū uideri eis: quos fecit aliqua conſuetudo fortiores. Nec illos feliciores putent quia ſumunt qđ nō ſumūt ipſi: ſed ſibi potius gratulentur quia ualet quod nō ualent illi.

**¶ De Diſcretione facienda circa delicatiores quādo intrat ī monaſtº Cap · xiiij.**

E T ſi eis qui uenerunt ex moribus delicatioribus ad monaſterium aliquid alimētorꝫ ueſtimentorum, operimentorꝫ ue datur qđ aliis fortioribus et ideo felicioribus non datur: cogitare debent quibus nō datur: quātum de ſua ſe

cularí uita illi ad istá descenderint. quáuis usq;
ad alterum: qui sũt corpore firmiores frugalitate
peruenire nõ potuerint. Nec debent uelle omnes,
qđ paucos uident amplius: nõ quia honorantur:
sed quia tolerantur accipere: ne contingat detestá
da peruersitas, ut in monasterio: ubi quantũ possũt
fiunt diuites laboriosi: fiant pauperes delicati.

De Refectione conualescentiũ. C. xv.

SAne quemadmodũ egrotates necesse habet
minus accipere, ne grauetur: ita et post
egritudiné sic tractandi sũt ut citius recreentur, et
si de humillima seculi paupertate uenerint, táquá
illis hoc contulerit recentior egritudo: q̃ diuitibus
anterior consuetudo.

Qualiter post recreationem se habeant infirmi Capitilum Sextum decimum

SEd cũ uires pristinas reparauerint redeat
ad feliciorem consuetudinem suá quê fa
mulos dei: tãto amplius decet, quãto minꝰ
indigent, ne cibi eos teneat uoluptas iá uegetatos, q̃s
necessitas leuarat infirmos. Illos sané existiment di

ctiores qui insustinenda parcitate fuerint fortiores.
Melius est enim minus egere q̃ plus habere.

De qualitate Vestimentorum Capitulum xvij.

NOn sit notabilis habitus uester nec affecte
tis uestibus placere sed moribus. Quando
proceditis simul ambulate, cum ueneritis,
quo itis simul state. In incessu, statu, habitu, et in
omnibus motibus uestris, nihil fiat qđ cuiusq̃ offen
dat aspectum, sed quod uestrá deceat sanctitatem.

De Pudicitia Oculorum Capitulũ xviiij

OCuli uestri et si iaciantur in aliquá fe
minarum, in nullam figantur. Neq; eni
quando proceditis feminas uidere prohi
bemini, sed appetere uel ab ipsis appeti uelle, cri
minosũ est. Nec solo tacito affectu sed aspectu quoq;
et affectu appetitur, et appetit concupiscentia femina
rum. Nec dicatis uos habere animos pudicos, si ha
beatis oculos impudicos quia impudicus oculus impu
dici cordis est nuntius. Et cũ se inuicé sibimet, etiá
tacente lingua conspectu mutuo, corda nuntiant impu

dicta et secundú cócupiscétiá carnis alterutro dele
ctatur ardoré: etiá in tactis ab imunda uiolatione
corporibus fugit castitas ipsa de moribus. Nec putare
debet qui in femina figit oculum: et illius í se ipsum
dirigit fixum, ab alijs se nó uideri cú hoc facit. Vi
detur omnino, et a quibus se uideri nó arbitratur.
Sed et si lateat: et a nemine hominú uideatur: qd
faciet de illo desuper inspectore, qué latere nihil
potest. An ideo putandus est nó uidere, quia tanto
uidet patientius quanto sapientius. Illi ergo uir sá
ctus timeat displicere, ne uelit feminé male placere
Illum cogitet omnia uidere ne uelit feminá male
uidere. Illius nanq; et í hac causa cómédatus est ti
mor ubi scriptú est Abominatio est domino defigés
oculum. Quando ergo simul estis í ecclesia, et ubicunq;
feminé sút, inuicem uestrá pudicitiá custodite. Deus
enim qui habitat í nobis etiam isto modo custodiet uos
ex uobis.

¶ De reuelatione inhonesta fratris uel offendentis Capitulú xx

Etsi hac de qua
loquor oculi petulátia í aliquo uestrú aduer
teritis statim admonete ne male cepta progrediantur
sed de proximo corrigantur. Si autem post admo
nitionem iterum, uel alio quoq; die idipsum eú face
re uideritis: iá uelut uulneratú sanandú prodat
quicunq; hoc potuerit inuenire. Prius est tń alteri uel
tertio demonstrandú, ut duorú uel trium, possit ore có
uinci, et competenti seueritate coerceri. Nec uos iudi
cetis esse maliuolos: quádo hoc indicatis. Magis qp
pe innocétes nó estis, si fratres uestros, quos indican
do corrigeré potestis: tacendo perire permittitis. Si
enim frater tuus uulnus habet in corpore qd uelit
occultari dú timet secari: nó ne crudeliter a te sileretur
et misericorditer indicaretur? Quanto potius ergo de
bes manifestare: ne deterius putrescat in corde. Sed
anteq; alijs demostretur per quos conuincendus est si ne
gauerit, prius preposito debet ostendi si admonitus negle
xerit corrigi: ne forte possit secretius correptus nó inno
tescere ceteris. Si aút negauerit: tuc negáti adhibé
di sút alij, etiá corá omnibus: ut possit nó ab uno
teste argui: sed a duobus uel tribus conuinci. Cor

ictus uero secundũ prepositi uel etiã presbiteri ad cuius dispensationẽ pertinet arbitriũ debet emendatoriã subire uindictã. Quã si ferre recusauerit, etiã si ipse nõ abscesserit, de uestra societate proiciatur. Non. n. et hoc fit crudeliter sed misericorditer ne contagione pestifera plurimos perdat.

## De dilectione hominum et odio uitiorum. Capitulum Vigesimum Primum

Et hoc quod dixi de oculo nõ figẽdo etiam in ceteris inueniendis, prohibendis, indicãdis, conuincendis, iudicandisq; peccatis, diligenter et fideliter obseruetur, cũ dilectione hominum, et odio uitiorum.

## De Punitione fratris qui recipit aliquid occulte Cap. xxij

Quicũq; autem in tantum progressus fuerit malum: ut occulte ab aliquo litteras, uel quodlibet munus acceperit: si hoc ultro confitetur: parcatur illi et oretur pro eo. Si aũt deprehenditur et conuincitur, secundũ arbitrium prepositi uel etiã presbiteri grauius emendetur.

## De Custodia uestimentorum, et de modo recipiendi Capitulum xxiij

Vestes uestras in unum habeatis sub uno custode uel duobus uel quot sufficere possint: ad eas excutiendas ne a tinea ledantur. Et sicut pascimini ex uno cellario sic induamini ex uno uestiario. Et si fieri potest ad uos nõ pertineat quod uobis indumentum pro tempore congruentia proferatur: utrũ hoc recipiat unusquisq; quod deposuerat, an aliud quod alter habuerat dũtamen unicuiq; prout cuiq; opus est nõ negetur. Si aũt hinc inter uos contentiones, et murmura oriuntur: et cõqueritur, aliquis se deterius accepisse quam prius habuerat et indignum se esse quod nõ ita uestiatur, sicut alius frater uestiebatur: hinc uos probate, quantum uobis desit, in illo interiori sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis. Tamen si uestra toleratur infirmitas, ut hoc recipiatis quod posueritis, in uno tamen loco sub communibus custodibus habete quod ponitis: ita sane quod nullus sibi aliquid operetur, sed omnia opera uestra in unum fiant maiori studio et frequentiori alacritate quam si uobis singuli propria faceretis. Caritas enim de qua scriptum est quod nõ querit que sua sunt sic intelligitur: quia omnia propriis, nõ propria communibus anteponit. Et ideo

quantū amplius rem comunem q̄ propria uestra cura
ueritis: tāto uos amplius proficere noueritis: ut in om
nibus quibus utitur trāsitoria necessitas superemineat
que permanet charitas. ¶ De omni donatione facta
alicui fratri specialiter ad comunitatē reducenda Cap. xxiiij

C onsequens ergo est, ut etiā cū quis suis filijs
uel aliqua necessitudine ad se pertinētibus,
in monasterio constitutis, aliquā contulerit,
uestem siue quodlibet aliud inter necessaria deputan
dum, nō occulte accipiatur, sed sit ī potestate prepositi.
ut in rem comunem redactū cui necesse fuerit prebeatur.
Quod si aliquis rem sibi collatam celauerit furti,
iudicio condemnetur. ¶ Quod uestes uestre debeant,
de arbitrio prelati lauari Capitulum xxv.

I ndumenta uestra secundum arbitrium pre
positi lauentur, siue a uobis siue a fulloni
bus, ne īteriores anime sordes contrahat,
munde uestis nimius appetitus. ¶ De balneis infirmo
rū et oī alia diligētia adhibenda Cap. xxvj.

L auacrum etiam corporis cū īfirmitatis neces
sitas cogit minime denegetur. Fiat sine murmure de
consilio medicine: ita ut etiam si nolit iubente Pre
posito faciat qd faciendū est pro salute. Si autem
uelit et forte nō expedit: sue cupiditati nō obediatur.
Aliquando enim etiam si noceat prodesse creditur,
qd delectat. ¶ Quod nō sit suspitio circa famulos dī. C. 27

D enique si latens est dolor ī corpore famulo
dei dicenti q sibi doleat sine dubitatione
credatur. Sed tn̄ utrum sanando illi do
lori qd delectat expediat si nō est certū medicus cō
sulatur. Nec eat ad balnea siue quocūque ire necesse
fuerit minus q̄ duo uel tres. Et ille qui habet aliquo
eundi necessitatem, cū quibus prepositus iusserit ire
debet. ¶ Quod unus debet eē īfirmorū procurator Cap. xxviij

E grotātiū cura siue post egritudinem reficien
dorū siue aliqua imbecillitate, siue etiā fe
bribus laborantium, uni alicui debet iniungi
ut ipse de Cellario petat: qd cuique opus esse pspexerit
¶ De officialib⁹, de libris, de uestimētis et calciamētis Cap. xxix

S iue aūt qui cellario, siue qui uestibus siue q

codicibus preponũtur sine murmure seruiant fratrib⁹
suis. Codices certa hora singulis diebus petantur.
Extra horã qui petierit nõ accipiat. Vestimẽta
uero et calciamenta quando fuerint indigentibus
necessaria dare nõ differant, sub quorum custodia
sunt que poscuntur. Lites aut nullas habeatis,
aut q̃ celerrime finiatis ne ira crescat ĩ odium
et trabem faciat de festuca et animã faciat ho
micidã. Sic enim legitis. Qui odit fratrẽ suũ ho
micida est.

## De iniuria dimittenda Cap. xxx.

Quicũq; conuitio, uel maledictio, uel etiã
criminis obiectu aliquem leserit: memi
nerit satisfactione quãtocius curare q̃d
fecit. & ille qui lesus est sine disceptatione dimitte
re. Si aũt inuicem se leserint, inuicem sibi debi
ta relaxare debent, propter orationes uestras: quas
utiq; quanto crebriores habetis, tanto santiores ha
bere debetis. Melior est aũt qui quãuis ira sepe,
tentetur, tamen impetrare festinat ut sibi dimittat
cui se fecisse agnoscit iniuriam q̃ qui tardius irascit^ur
et ad ueniã petendã tardius inclinatur. Qui aũt
nũq̃ uult petere ueniam, aut nõ ex animo petit,
sine causa est ĩ monasterio: etiam si inde nõ proij
ciatur. Proinde uobis, a uerbis durioribus parcite
Que si emissa fuerint ex ore uestro nõ pigeat,
ex ipso ore proferre medicamẽta unde facta sunt,
uulnera.

## Q si ɔtigerit prelat⁹ ĩ morib⁹ excedere. C. 3i.

Quando aũt necessitas discipline in morib⁹
coercendis dicere uos dura uerba cõpellit
si etiã modũ uos excessisse sentitis: nõ ã
uobis exigitur ut a uobis subditis ueniã postule
tis: ne apud eos quos oportet esse subiectos: dum
nimium seruatur humilitas, regendi frangatur au
ctoritas. Sed tamen petenda est uenia ab omnium
domino qui nouit: eos quos plus iusto forte corripi
tis quãta beniuolentia diligatis. Non aũt carnalis,
sed spiritualis inter uos debet esse dilectio.

## De Reuerentia prelati Capitulum. xxxij.

Preposito tanq̃ Patri obediatur: multo,
magis presbitero qui omnium uestrũ curã

gerit. Vt ergo cuncta iſta ſeruentur: et ſiquid mi
nus ſeruatum fuerit nō negligenter pretereatur: ſꝫ
ut emendandū corrigendūqꝫ curetur: ad Prepoſitū
precipue pertinebit: ut ad Preſbiterum cuius eſt
apud uos maior auctoritas referat, quod modum uel
uireſ eius excedit. ¶ Q. pie faciat Prelat' ī ſeipſo et

Ipſe uero qui uobis preeſt, ī in alijs c. 33
nō ſe exiſtimet poteſtate dominante ſed
charitate ſeruiente felicem. Honore coram
uobis prelatus ſit uobis, timore corā Deo ſubſtra
tus ſit pedibus ueſtris. Circa omneſ ſe ipſum bo
norum operum prebeat exemplum. Corripiat inq
etos conſoletur puſillanimeſ: ſuſcipiat infirmos pa
tiens ſit ad omneſ. Diſciplinam libens habeat me
tuendus imponat. Et quāuis utrūqꝫ ſit neceſſarium
tamen plus amari a uobis appetat q̄ timeri: ſem
per cogitans Deo ſe pro uobis redditurum eſſe ra
tionem. Vnde uos magis obediendo nō ſolum ueſtri
ſed etiam ipſius miſeremini: qui inter uos, quato
ī loco ſuperiori, tanto ī periculo maiori uerſatur

¶ Oratio Beati Auguſtini Capitulum xxxiiij.

Donet dominus ut obſeruetis hec omnia
tāq̄ ſpiritualis pulchritudinis amatores: et
bono xpi odore de bona ueſtra conuer
ſatione fragranteſ, nō ſicut ſerui ſub lege: ſed ſi
cut liberi ſub gratia conſtituti. ¶ De Regula le
genda ſemel in ſeptimana, et quare et q̄ utilitas. C. 35

VT autem uos in hoc libello, tanq̄ in ſpe
culo poſſitis inſpicere: ne per obliuionē
aliquid negligatur: ſemel in ſeptimana
uobis legatur. Et ubi uos inueneritis ea que ſcri
pta ſunt facienteſ agite gratias domino bonorum
omnium largitori. Vbi aūt ſibi quicūqꝫ ueſtrū uide
rit aliquid deeſſe, doleat de preterito, caueat de
futuro, orans ut ſibi debitum dimittatur, et intē
tationem nō inducatur. ¶ Explicit Regula
Beati Auguſtini Epiſcopi. Deo gratias Amen.



Def.

De fecerunt scrutantes
scrutinio: cogitaverunt.
dies antiquos annos eter
nos in mentem abuerunt
Recogitaverunt sibi omnis
annos illorum in amaritu
dine anime eorum

6913681